



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

Notæ in §.IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

ense succinctus, plateas obiens, Cives animavit ad defensionem, eaque ratione Glacium est servatum.

A. 1461. Interdictum Glacij affigitur, ob Regem Georgium haereticum; quia vero Canonici divina peragere nolebant, expelluntur ex Civitate ab Henrico Seniore filio Regis Georgij.

A. 1463. Sudat sepulchrum VEN. Arnesti; qua de re litteras Michaëlis Praepositi ad Nuncium Apostolicum postea recitabo.

A. 1479. Rudolfus Episcopus Wratislavensis, ex Nuncio Apostolico factus (ante Episcopus Lavantinus) Glacium venit, summoque exceptus honore, Interdicto Civitatem exsolvit. Pla-  
ta de his rebus in Notis.

Henricus Ca-  
nonicus Glac-  
ensis armatus  
Glacium  
contra Hussi-  
tas defendit.

Sepulchrum  
Arnesti ole-  
um sudat.

## Notæ in §. IV.

**G**lacio Religiosos petierit. Sunt ibidem litteræ variae.  
r.e Viennensium Canonicorum id petentium, imò ipsius Austriae Ducis fundatoris Alberti. Mittitur ergo Glacio in Ternstein Andreas, qui postea Praepositus ad S. Dorotheam Vienna fuit. Non minor gloria Trebonensis Cenobij; nam Aegidius, Trebonæ professus, Primus Viennæ Praepositus eligitur.

A. 1421. Omnia Monasteria per Bohemiam vastantur, expelluntur Canonici, bona in Kostomlat, Luky, &c. rapiuntur, scelere Pragensium, & Taboritarum. M. S. Chron.

Continua-  
tio memo-  
rabilitiū Mo-  
nast. Glac.

A. D. 1427. Hereticis (qui se post Zisca mortem Orphanos appellabant) in Silesiam irruere parantibus, cum tota Nobilitate, Joannes Princeps Münsterbergensis, ultimus è Piaſti familia, occurrat ad Glacium, in ipso Pago Canonicorum, qui dicitur Willmsdorff. Hussitæ caſtris positis Aciem ordinavere; concurſum utring, intrepide; sed latronibus robustissimis, & pridem in triturando exercitatu, Silesij resistere non potuerunt. Inter primos Joannes Dux Münsterbergensis cecidit, reliqui fugâ tenuere Glacium; cūq; nec ibi recepti effent, per avia & devia fugientes, Silesiam repetiverunt. Magnum hanc clade discrimen adiit Glacium, ne eodem victoria impetrat.

M. S.  
Pugna ad  
Glacium.

*Henricus  
Canonicus  
servat Gla-  
cium,*

*petu ab Hussitis caperetur. Recitabo verba veteris Chronicus: Erat  
tum Prior Canonicorum Henricus; hic per se induitus loricā, &  
succinctus ense, cum Laicis & Monasterij servis plateas obivit, &  
clamavit: Si Cives defendere Civitatem vestram non vultis, ego  
defendam! Unde animati dixerunt: Ecce, quid agit Monachus?  
defendamus nos, neque incurramus tantæ pusillanimitatis scan-  
dalum; & sic Civitas est servata.*

*M. S.*

*A. 1457. Hinko Krussina Capitanus Glacensis, maximus Mo-  
nasterij Patronus nominatur; eo cooperante Libri, Clenodia & Or-  
natus Monasterij Wratislaviā sunt recepti. Ita Chronicus. Id ego  
quasi pro miraculo accipio, nam quis Krussina fuerit, ex historia Ha-  
gécij constat.*

*Glaciēs et si  
Catholici,  
Regi tamen  
hæretico  
permane-  
runt fideles.*

*Hoc tempore Castrum Glacense de novo edificabit Rex Bohe-  
miæ Georgius; pro qua fabrica, suam lapicidinam Regi obtulere Ca-  
nonici. Ita Chron. M. S.*

*A. 1461. Wratislavienses à Bohemis ceduntur, iij*z* mille ac  
centum captivos ex Wratislaviensibus Glacium adducunt. Chron.  
M. S.*

*A. 1461. Exules Glacio Canonici ob interdictum, habitabant  
in ditionibus suis: narratur ibi Pietas Vxoris Henrici Ducis, filij  
Regis Georgij. Nihilominus in Interdicto concessit Nuutius Apo-  
stolicus, ut solenniter Salve Regina, quod fundarat Arnestus, ga-  
neretur. Chronic. M. S.*

*A. 1463. Michaël Prepositus Glacensis, cum Andrea Prepo-  
site Monasterij S. MARIE Assumptionis in Landskrona, auctoritate  
Protasij Episcopi Olomucensis, visitant Monasterium B. V. MARIE  
Stellarum, seu Sternberg, Olomucensis Dioecesis. Chron. M. S.*

*A. 1479. Post Regis Georgij mortem, Wladislaus primogeni-  
tus Regis Polonie, per Glacium transiit Pragam, ibi*z* est coronatus.  
Chron. M. S.*

*Reliquiae sa-  
cerd̄z Brauno-  
viensis Mo-  
nasterij.*

*A. 1486. Restituta sunt Reliquiae Brzewnoviensis Mo-  
nasterij ad Pragam Braunovium, quæ in his turbis Glacij apud Cano-  
nicos sunt servatae.*

*M. S.*

*A. 1488. Finita est collectura Magistri Michaëlis, Octavi  
Præ-*

Præpositi Glacensis. Ita Chronicon. Fuit hic Michaël de Nissa,  
Author hujus Chronicæ, vir egregius & cordatus. Is Anno sequenti  
1489. (ut annotatum est) die SS. Marcelliani & Petri, celebratis di-  
vinis, nullo, nisi etatis longissima, morbo, decepsit è vita.

## §. 5. Solitudo Coenobij Glacensis, quod Societati Iesu à Pontifice Clemente VIII. & Rudolfo II. Cæsare donatur.

**S**uccessere deinde calamitosissima Religioni sæcula, & Glacij  
Enthusiasmus & somnia Gasparis Schwenckfeldij regnare cœ-  
perunt; magnum quoque Catholicis, & Templis Glacensi-  
bus, vulnus Lutherus inflxit.

*Ex illo fluere, & retro collapsu referri:  
Res Danaum.*

Occupatur ab Hæreticis *Templum B. Virginis apud Melitenses*,  
Catholici cives oppressi, in odio omnium suorum (ut eos suæ  
paucitatis puderet) vivebant. Religiosi ad paucos, aut potius ad  
nullos redacti, in medio nationis prava, non Religionem, sed ægre  
vitam, ac sua tuebantur. Anno jam 1593. unus in Coenobio erat  
reliquus, & senio confectus *Christophorus Præpositus*; is, cum se  
imparem senio rebus gereadis, & hæreticorum quotidiani cona-  
tibus viderer, Præposituram in manus *Nuntij Apostolici Caesaris Arch. N. 38.*  
*Speciani*, Episcopi Cremonensis, confectis rite tabulis, quas vidi,  
resignavit. Post annos ab hac resignatione duos, jacentem & va-  
cantem Præposituram *Clemens VIII. Pont. Max.* adductus Ru-  
dolfi Caesaris piissimâ voluntate, tum etiam hæreticorum in se o-  
lim Glacij contumelijs, *Societati IESV* cum omni Jure confirmata-  
vit; datis litteris Apostolicis Romæ A. 1597. 7. Idus Martij. Ea  
res, et si *Pontifex & Cæsar* (qui se pro Fundatore Collegij hujus sem-  
per gessit) maximè cuperent, obijcentibus feso ijs (quos hic no-  
minare nihil attinet), suis impedimentis non caruit, quibus ite-  
rum,

M m.

Coenobium  
Glacense de-  
sertum Soci-  
etati IESV à  
Pontifice ac-  
Cæsare do-  
natur, Ar-  
chiepiscopo  
Pragensi cō-  
sentiente.

*Archiv. titul.*  
*Colleg. N. 334.*